

Matthias Boot Conrad Mel

Revelatio Profundorum De Tenebris seu Censoris Nuperum nostrum Examen Candidum Böhmanorum sub censuram vocantis, Refutatio Pacifica

Bremae: Brauerus, 1686

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796448574>

Druck Freier  Zugang



Pa 366 p
70 60 p

51^c.7.

Pr. 124.

91.
M. 178
Pr. 62.

46.

44.

44.

36.

42. —

40

32

32

46

53

176

96

1 Stück für Titel

Fg-1076¹-26.

INDEX.

1. D. Hannekenij de vera A.C.^{is} estimatione.
2. D. Meisneri de vero Christiano: et Megeringij de Impedimentis Christianismi.
3. N. Gebhardi Praelege in Apocalypsin.
4. D. Petersen de Reipol Dichtschreyer.
vñ pönnitind der vity in der lasten gyl.
- 5.
6. Koß Labyrinth Chilianam incedibilis.
7. M. S. Sab in spindeln praxis der Christenheit.
8. Dav. Haringo dinkley. Ansteltung der wuff gattung der Christenheit.
9. O. Polky S. Cathedra Confessionalis. Disq. 1.
10. Matts. Breemann de data lulesia totieino.
11. O. Mayeri Officiator Lutherus O. Senert. 2. Monal.
12. O. Thomasiu Aroepin non esse crimen.
13. Anonymi Replio doctrinae de Fundamento Fidei.
14. D. Neimanni de Reformatismo lulesia.
De Suppli lulesia orthodoxa.
De Excidio Antichristi.
- 15.
- 16.
17. O. Dentmann Holosoter.
18. O. Hannekenij Logi coagante.
De vero vera pietatis exercitio.
- 19.
20. Matts. Boal Revelas prophetarum de tenebris.
21. Morganstaden Fründung der Holle. Anacker pndwert.
22. 23. M. Beckij Disquis. Philologica de versione Biblior. Lat.
24. M. Michaelis Epionis in illas Disquisitiones.
25. M. Passonij Consensu Rabbinorum en ment lulesi.
26. M. Fragy De versione Bibliorum lulesi Germanica.

REVELATIO
PROFUNDORUM
DE TENEBRIS

seu
CENSORIS

Nuperum nostrum
EXAMEN CANDIDUM BÖHMIANORUM
sub censuram vocantis,
REFUTATIO PACIFICA

Quam
Sub Umbone

Viri plurimum Reverendi

DN. MATTHIÆ BOOT,
S. S. Th. D. ejusdemque & Historia-
rum in Bremensium Athenæo Professoris
celeberrimi.

Præceptoris & Patroni sui summo-
pere colendi,
Eruditis

Exhibet ventilandam.

CONRADUS MEL. A. & R.,
Gudensbergensis Hassus.

Ad diem XXVIII. Augusti horis locoque solitis.

BREMÆ,

Typis HERMANNI BRAUERI, ibidem illustris Gymnasti Typographi.
Anno M DC LXXXVI.

HANC
REVELATIONEM PROFUNDORUM
DE TENEBRIS
V I R O

*Magnifico, Excellentissimo, Nobilissimo, Cancellario Gravissimo,
Consilii Secretioris ac Bellici Assessori Dignissimo,*

DOMINO,
DN. REGNERO BA-
DENHAUSEN, JCTO

Celeberrimo:

pariter ac

V I R O

[Magnifico, Nobilissimo, & Excellentissimo

DOMINO,
DN. HENRICO HAXT-
HAUSEN Vice-Cancellario &

Consilii secretioris Assessori, JCTO

celeberrimo.

V I R I S

HASSORUM PRINCIPI SERENISSIMO
AC POTENTISSIMO

percharis

Musarum patronis, veris, optimis,

Dominis suis & Mæcenatibus

devotè

Sacram esse voluit, debuit,

& ut

Vultu sereno, mente benevolâ

illam aspicere

Animumque, non vires æstimari

velint, submisit rogat

AUTHOR.

BENEVOLO LECTORI.

ΕΥΠΡΑΤΕΙΝ.

Quantis quondam Conatibus Scholarum Hillelis & Schammai laudes celebrare tentaverint Talmudistæ testantur satis prodigiosa dicam an fabulosa eorum figmenta. Crepabat hic quorundam Hillelianorum pietatem summamque sanctitatem, Ille non indignos judicabat alios instar Moſis præſentiâ divinæ Majestatis, Alius dignos deprædicabat alios, quorum gratiâ sol subsisteret. Laudabat hic R. Jochananis summam Legalium Talmudicarum & Traditionalium Subtilitatum notitiam, Nec erubescibat alius R. Akibam אהרן הכהן S. Canonicum Authenticum appellare. Judicabant enim, quoquis abstrusiora meditari, & ex simplici sacro sensu, jam per Cabbalam, (quàm Moſi in monte Sinai, datam à Deo opinabantur,) jam per Allegorias, profundiora pandere posset, eò majores illum laudes mereri. Suam & inde sibi Philosophum nostrum JACOBUM BÖHMIUM parâsse famam, videmus clarè & miramur, & eheu! dolemus, illum quem loquimur, quò abstrusiores, quò profundiores à S. Scriptura alienas, & ab Ecclesia Patribus ad orcum relegatas etiam revocaverit hereses, eò plures sibi comparâsse fautores, ipsius nomen & scripta ad astra tollentes, ipsique soli illud Pythagoricum αὐτὸς ἔφασκεν convenire sibi persuadentes. Hinc postquàm nuper I. ustramen mundi tenebroſi contra J. Böhmi abstrusos errores exhibuissemus, advolabant è patria chartæ & stricture satis dentatæ Censoris cujusdam. Non potuimus itaque non, provocati, horulas aliquot impendere prioribus nostris vindicandis, quò philo- Bohemi Censoris, exiguis initiis militantis, vani conatus innotescant. Absint calumniæ: absit omnis logomachia à vero Theologo, nuncius veritatis investigandus: Agedum! arma nobis erunt Amor, Sinceritas: Veritas stabit & bona causa triumphabit.

Vale.



Contra LUSTRAMEN nostrum nuperum infurgit DN.
CENSOR, quæstionemque aliam post aliam, ever-
tere dicam an evertere molitur.

Infert itaque

Ad QUÆST. I.

I.

*Quòd apud Deum nullus sit personarum re-
spectus, & proinde largiatur spiritum u-
nicui vis eum imploranti Luc. 2. quòd q;
omnes docendi sint à Deo Joël. 8. item,
quòd Deus effusionem spiritus super
omnem carnem promiserit. Joël. 2.*



Hæc illa sunt, quibus sacrum bellum pa-
rat, quæ jam profliganda aggredi-
mur. Primum itaque quod attinet di-
ctum Luc. 2. pro Böhmiò non militat:
Non enim promittitur unquam in sa-
ceris Spiritus S. I. vanè curiosis, sed in
Spiritu & veritate invocantibus Joh. 4.
non 2. iis, qui supra id quod scriptum
est sapere volunt .3. non alienis à sacra Scriptura fundamen-
tis superstruentibus. non 4. novas revelationes, visiones &
somnia

somnia jactantibus; ut à Böhmiò factum, in sequentibus videbimus.

Alterum quod citat dictum, legitur ad Hebr. 8. II. Id, quod à *dēva* hoc intendere videtur, hoc est: quòd sic communicetur cū fidelibus Theologia, ut informatione non egeant. Hoc dogma Weigelianum à Cl. Crocio jam dudum relegatum non morabimur prolixè, sed contrà, cum Orthodoxis dicimus, non separandum esse verbum Dei externum ab interno, & quod idem Spiritus in Scriptis Apostolicis annunciat, non differre re & ratione sed tantummodo modò, vid. Polan. L. I. C. 14. Interim ad dictum, missis Augustini & Ambrosii sententiis, quorum ille ad beatos in cœlo restringit, hic verò de Apostolis tantum immediatè à Sp. S. illuminatis dici asserit, Constat, non simpliciter, sed comparatè intelligendum esse. Populo legis enim, ut leges & ceremoniæ ad nauseam usque erant inculcandæ, sic tantam fore ex opposito Evangelii lucem, ut jam ea cognoscant parvuli, quæ olim Prophetæ per visiones vix apprehendebant. Sin verò pro mente Anabaptistarum pergendum dicto hoc, proximè sequitur contra evidentissima S. Script. testimonia, Rom. 10. 14 Jer. 3. 27. debere cessare N. T. ministerium. Faciunt huc illa Augustini egragia; *quid ergo (inquit) nos facimus fratres, quia docemus vos, si unctio vos docet de omnibus? quasi nos sine causa laboraremus? Et ad quid tandem clamamus? dimittamus vos unctiõni. Sed modo mihi facio questionem, Et illi Apostolo facio: dignetur audire parvulum quærentem à se (ipsi johanni dico) unctiõnem habebant quibus loquebaris? tu dixisti, quia unctio ipsius vos docet de omnibus. Ad quid talem epistolam fecisti? quid tu docebas? quid instruebas? quid edificabas?*

Porrò jam objicit à *dēva* illud Joël. 2. At, quis est, qui hanc Joëlis Prophetiam jam dudum impletam non capiat? in sese descendat à *dēva* evolvatque doctissimos interpretes, videbit, non hic Theosophi novi causam agi. Rabbini ipsi, aliàs

adventum Messiaë & ejus signa longius removeñtes, inviti dabunt, per phraseologiam hanc אהרי הימים majores expressisse tempora Messiaë. Et quid aliud, quàm clarum hujus prophetiaë implementum apparet ex Act. 9. Habebat enim Spiritus in primâ Ecclesia Θεοδιδάκτες, quales Apostoli & coetus ingens sub Apostolis. Narrant quidem & Pontificii tales fuisse Simeonem Srylitem, Paulum Eremitam, S. Antonium, Dominicum & Franciscum: Hos verò minimè intendere Joëlem, satis clarum. Multò minùs adhuc, quod vellent acti Spiritu Böhmiâno & maximè Anthonetta de qua N.H. B. (nomen mecum divinare Lector) Wiederlegung p. 3. Die Jungf. Burignon glaubet und hoffet nach göttlicher Wahrheit / solche Verheissungen werden nun erstlich in und durch dieselbe erfüllet. Et de quibus benè sperat, addit: wie auch gleichwohl an denen deren Seelen dazu geschicket seyn werden. Migret ergò cum Böhmiâ & Anthonetta, neque jam dudum impletis inædificet ο δείνα, ne videatur in ipso aggressu rem prodidisse, perdidisse & magis suspectam reddidisse.

Quòd Papisticum sit Explicationem Scripturæ hominibus tribuere.

Sic est: Antichristianum est Sacraë Scripturæ interpretationem solùm ab Autoritate humanâ suspendere, ut ex 2 Cor. 1. v. ult. 2 Pet. 1. 20 liquet. Commiserationem autem intimam, & quidem per viscera merenturii, qui doctorum commentarios, inservientes obscuris explicandis & diffundendis rejiciunt, (vid. Maref. L. 1. 45.) expectantes potiùs, nescio quos, indoctis æquè ac doctis incognitos mundos & spatia imaginaria, ad colligendam novam terminorum Chymicorum, Philosophicorum & Theologicorum mixturam, novumque chaos. Utinam attenderent ad tot virorum sanctorum

exem.

exempla! quid Paulus caelesti prostratus lumine? Num ille propriis meditationibus indulgebat? Annon potius jubebatur adire Ananiam, ut ab ipso informaretur. Actor. 9. Annon Cornelius, Petro tradebatur imbuendus, Act, 10. Et Philippus ad Aethiopem, ut legenti Jesaiam explicaret, mittebatur? Actor. 8. Solus Böhmius est qui altè volat, reliqui velut umbra vagantur Rhetoricationibus suis ac tædiosis disputationibus Scholasticis, negligentes nempe studium salutis, id est, lectionem Böhmi. At, demus interpretes non admittendos esse, unde quaeso D. Censor demonstrabit hujus vel illius somnia magis esse admittenda, nisi inde, quòd ipse ita velit?

Hoc demum est, regnum caelorum claudere & obicem ponere, ne quis nificum Böhmica signatura in fronte introgrediatur, potuque venenoso spiritus melancholici inebriatus.

Ponamus, Böhmius nostrum sana multa posteritati dedisse, quod fecit, (dum modò in sanis substitisset) an ideò tali superlativo, cum Apostolis ipsis conferendus est & tanto operè cuiusvis commendandus? Oportandum fuisset, Böhmius ex eorum scriptorum numero fuisse, qui scribendo profecisset & proficiendo scripsisset. Sed dolendum, quod incautus toties erraverit, & pra perverso sui ipsius amore, alios secum in errorem involvere non erubuerit, ne solus videretur errasse, homo perversi thematis tenacissimus & pertinax ad τὴν θέσιν διαφύλαξιν, ut battalogia & mathedologia, philautia & imaginariae scientiae coronam relinquat aliud sentientibus, ipseque solus audiat, Der Hocheleuchtete. I. B. Der teutsche Wunder-Mann. Der Cron Prophet / ut loquitur Kulmannus. Ille solus scilicet scalam traxit post se, quam vis sociam habeamus ipsi Anthonettam Bourignon im Prober-Stein: Ich bedarf nicht viel Zeit meine Bücher zu componiren, dieweil ich nie keinen Auctorem lese/ umb solches zu thun/ auch nicht einmahl die Texte der H. Schrift

Schrieffe nachschlage: massen alles was ich schreiben soll mir ins Gemüth eingegossen wird/ und aus meiner Feder fließet wie das Wasser aus einer Quelle. Quid mirū, indignos nostros esse Theologos, qui corrigias solvant tutori Böhmiō, novæque Brigittæ aut frustra etiam invitari, quod facit Censor, dum gravissimè dolet, quod inter tot doctissimos Theologos nullus fuerit, qui ad ædificationem Ecclesiæ, & pro desiderio animarum regnum Dei sitientium mysteria illa à Böhmiō tractata & à Kulmanno in questiones redacta, cultiori stylo & intelligentiori methodo tractaverit & terminos philosophicos, Aristotelicis incognitos dextre, secundum verum sensum explicaverit & philosophica à Theologicis recto ordine distinxerit. Sed habent illi quod agant, excutiendo nimirum quæ ad rem faciunt, non autem ut è tricis & paleis Kulmanni quintam Essentiam extrahant: pro ut ille im neu begeisterten Böhmen ejusque 150 Weissagungen & 1000000000000 Theosophischen Fragen/plus vanæ curiositatis quàm utilitatis pandit. V. G. Q. 274. weil Adam 40. Stunde schließ/ wie der innere Schrieff-Grund meldet/ an welchem Tage und Stunde erwachte er? Sed ad quid nos ad delirum amandat Censor, qui insigne curiosæ vanitatis edidit specimen in supra allegato libro, quæstionum myriades continente? Nec Erudicos porro, ac si rem benè egisset, ità alloqui veretur. Beantwortet ihr hoffärtige Gelehrten meine 100000 Fragen vor dießmahl/ und sehet daß ich noch 1000000000000 Fragen in Jesus Krafft kan herzu sehen. Et tandem, ut stulticiam, stulto pondere probaret, addit: gegeben zu Leyden/ in König Davids Stadt. Psalm. 39. 28. im Monats-Tage da J. Böhme vor dem Dresßdischen Gericht vor 50 Jahren examiniret worden. Ne quaso Dn. Censor, nos imposteroꝝ revoces ad Kulmannum.

Ad

9.
Ad QUÆST. II.

I.
Quòd nihil certi judicandum sit, undè Böhmius doctrinam suam habeat, quia Deus iniqua judicia prohibeat.

Diximus in nupero nostro *Lustramine* quæst. 2, Böhmius suum sibi comparasse Spiritum scientificum. Neque opus eruditorum comitia hac de re ulterius expectare. Interim nil certi judicandum de his, putat *ò dèiva*. Quòd si verò dictum Christi attenderimus, Joh. 4. dilecti ne cuius spiritui credite, sed probate spiritus an ex Deo sint; Si Böhmius spiritum item probaverimus, concludemus certò, hominem plebejum electione Scripturæ, ejusque meditatione, non potuisse parturire fœtum talem monstruosum, tale *Rabbinicum* *ויפלי*, librosque Theologico-Physico-Ontosophico-Astrologico Chymicos. Nam sanè quivis affectibus sepositis judicans, primo videbit intuitu & collatione authorum prædictorum, eos cum Böhmius nostro in plurimis ad unguem convenire. Ut ità ad minimum cogantur, velint nolint, fateri *Philo-Bohemi*, quòd supradictorum genius, Böhmius quoque afflatu suo correperit, ad pares loquendi modos dandos. Sed quid hæc moror? maneat huic nostræ quæstioni veritas, donec supernaturalis doni in Böhmius, major nobis suppeditetur probatio.

Insuper, Böhmius libr. *von der wahren Gelassenheit* alios carpendo, quàm exactissimè, proprios phantasticæ Ecstaseos motus, satis graphicè depingit, inquiens: Wenn sich das Gemüth in die Selbstheit schwinget/meinet die eigene Vernunft sie seye was mehr/ sie seye eine Prophetin/ also gehet dieser Mensch als wenn er im Gesstirn truncken worden/ und begreiffet grosse wunderliche Dinge er meynt

B

meynnt er habe den Braten des Heyls / weil er das Vernunfft- Lichte
 hatt / und wird nimmer inne wie sich der Teuffel mit seiner Begierde
 belustiget / und was er vor greuliche Irthümer anrichtet. Sed
 specialius adhuc de ipso glosatur Kulman: durch gähnen Anblick
 des Centri im zinnern Gefäß / bekam er einen Jovialischen Schein /
 daß er allen Creaturen gleichsam ins Hersehen konte. Quod ve-
 rō imaginaria illa lux, Teutonicum nostrum Philosophum
 non solum absolverit, sed & conversatio cum aliis &
 lectio frequens, testantur ipsius intimi: Daß er viel conversiret
 mit einem Medico - Chymico D. B. Walther und D. Köber:
 item daß ihre verborgene Weißheit in Chymia, Cabbala, und Ma-
 gia gelegen. Imò testatur ipse, Aurof. c. 10. §. 27. Ich ha-
 be viel hoher Meister Schrifften gelesen / in Hoffnung den Grund
 und die rechte Tieffe zu finden. Videat jam Dn. Censor, deque
 Böhmi rebus in posterum certum & fixum quid judicer, quod
 hactenus noluit, pendulus velut & suspensus in nubibus ac
 nescius, quorū cerebro suo severtere debeat.

Quòd Consentiat Böhmius cum Reforma- tis in articulis fidei.

O *dēva* Böhmiō suo auctoritatem concilaturus sic argu-
 mentatur: Christus dicit, *ex hoc cognoscite Dei spiritum:*
quicumque spiritus confitetur Jesum Christum in carnem venisse ex
Deo est, Job. 4. Quia autem Böhmius neque hunc neque ali-
 um articulum fidei negavit, ideò ex Deo est. Hoc illud est;
 quod ut *ἄπιστος ψευδός* rejiciendum aggredimur, demonstratu-
 ri, Böhmiū absurda, vana, ac heterodoxa, contra scriptu-
 ram, sanam mentem, fidemque catholicam tradere. Tuam
 enim fidem, Candide Lector, an salva patientia Christiana
 quis legit, quòd omnes promiscuè Gentiles & Turcæ in reli-
 gione sua salvari possint, modò honestè vivant? lib, de tripl.

vit.

II.

vit. cap. II. §. 82. inquit Teutonicus. Es kan ein Heyde seelig werden / wenn er sich zu dem lebendigen Gott wendet / der komme ja unerfandter Wissenschaft vom Reich Christi / in Gottes willen Item de 3pl. vit. cap. 6. §. 25. So ein Türcke Gott suchet und daß mit ernst / und ob er in der Blindheit wandelt / so ist er doch unter dem Kinderhauffen: Denn es ligt am Willen und nicht am Wissen.

At, quomodo hoc convenit cum Orthodoxorum doctrina, qui primum fidei, cognitionem esse dicunt? Quomodo cum S. Scriptura, Act. 4. non est nomen datum in quo possimus salvari quam nomen Jesu? Nonne Böhmiانا contrariantur dicto Joh. 4. nemo venit ad Patrem nisi per Christum? & quæ plura adduci possent ad suscitandum Philosophum, ut torporem excutiat oculis. Non erubescit porro & alia detorquere in pravam sensum, ut: Fl. 65. 1, Apoc. II. 2. & quidem ad posterius sic glossatur. Das Buch der hohen Offenbarung J. C. zeuget uns / daß der innere Chor aus dem Tempel solle herausgeworffen werden / und den Heyden gegeben werden die den Nahmen Christi nicht kennen / aber mit Ernst in Gott eindringen / da sie den unwissent zu ihm kommen / vid. Auror. c. 22. §. 28. 59. Imò dextrè, cum Theologia sic possejocari!

Jam audacter Böhmiium cum Weigelio jungo: de quo Crocius in præf. Tom. I. Ecclesiam Christi in omnibus sectis & Turcarum, Judæorum & paganorum esse nullamque sic sectam improbandam contendit.

Non malè hic Balthasar Tilken Böhmiium redarguit: ipsum naturalem facere Christum, dicit enim in Aurora c. 22. 18. Christum nascendum fuisse licet Adam non peccasset.

Quid dicam de Böhmi doctriinà quoad justificationem: quæ palladium doctriinæ & religionis Christianæ, quòd nimirum tantummodò justificetur per solam fidem in Christum Rom. 3. imputativè. Alià hic mens est Teutonico nostro, præsulatorem enim suum Weigelium sequitur, ut ille Osian-

drum & Scankarum & §. 14. docet, und alhier wird dem Menschen Christi Leyden und Sterben angezogen / ganz Essentialisch Weslich / nicht allein zugerechnet / 2c.

Confundit quoque remissionem peccatorum cum poenitentia, ut condicione sine qua non, sic enim lib: de triplici vit. c. II. §. 70, inquit, remissionem peccatorum esse, quando peccator ex sua voluntate & ex Satanâ exit & mundo valedicit. Et sic in hac doctrina, summis miscet ima, causam cum efficiente, antecedens cum consequente, idque omne ex zelo præpostero pietatis formandæ, cum tamen propter pietatem veritas non sit negligenda. Ubi enim adest veritas, nec ibi adest vera pietas: nisi cum Pontificiis *ignorantiam pietatis matrem* agnoscamus.

Insuper ad orcum jam dudum damnatas Herogenis & Manichæorum de creatione recoquit hæreses: scil. Deum ipsum, ve essentiam divinam esse id ex quo omnia creata. Scripsere quoque hac de materia satis impudenter Weigelius & Paracellus, Deum vocantes *materiam primam*, Teste Croc. Weig. Q. 3. cap. 3. Theophrastus und ich sagen / daß Gott materia prima sey / item, referente eodem Cap. II. Q. 2. *Gott ist im Wesen aller Creaturen.* Et horum non modò vestigiis insistit Böhmius, dicendo: Auror, c. 21. §. 65. *Alles was gebildet ist, ist aus ihm gebildet:* Sed & insuper majus adhuc, quod horrendum dicitur, Satanam fuisse partem Divinitatis: Auror. C. 14. §. 14. dicit de malis angelis. *Sie wußten wohl, daß sie nicht der ganze Gott wären / sondern nur ein Stück davon & §. 31. Denn er ist ein groß Theil der Gottheit gewesen / & §. 87. inquit, Als Gott den Lucifer schuff / da schuff er ihn aus freundlicher Gottheit aus si h selber & §. 9. Rationem addit in der zwiefachen Apologia, Wollet ihrs nicht zugeben / so weist mir eine andere Natuhr an, das raus die Teufele geschafften seyn als die Göttliche: Quid plura?*

Si porro consideraverimus mentem Philolopi nostri *de libero arbitrio*, videbimus illum ab Orthodoxorum sententia

tentia

rentia recedere: Sic ille Auror: cap. 18. Ein jeder Mensch ist frey / und ist wie ein eigener Gott / er mag sich in diesem Leben in Zorn oder ins Licht verwandeln / item de trib. pr. c. 14. §. 59. Adscribit pariter homini in Spiritualibus potentiam & gratiam omnimodam à Christo datam, quod æquè absurdum ac prius. Interim hæc nimia virium humanarum evectio, sive gratiæ sive naturæ sit, præpostero pietatis zelo Böhmi ortum suum debet. Ut & Pelagianismus ipse hoc pacto juxta Theologorum sententiam videtur ortus. Videns enim Pelagius magnam Christianorum socordiam, illamque correcturus, magnificè nimis de viribus suis sentire coepit.

At, qui tutius agunt, gloriam omnem non sibi, sed Jehovah tantum tribuunt Ps. 115. à quo dependent unice, nec sine eo quicquam possunt, Jes. 15. cum ille det *velle & perficere* Phil. 2.

Credidit quoque hæc Ecclēsia catholica unanimiter hujus carnis resurrectionem, & fideles cum Jobo in afflictionibus consolationem indè sibi quærentes, dixerunt, *scimus servatorem nostrum vivere, qui resuscitabit nos, & quod hac carne nostra Deum simus visuri*, & cum eo omnibusque cælitibus, iisdem hæc corporibus assumtis æterna beatitudine fruituri, Böhmius verò, Spiritu contradictionis agitatus, inquit: carnem hominis & corpus externum visibile perituum esse quoad substantiam; Et hac quoque in parte sequitur præceptorem suum Weigelium, qui communem hunc habuit errorem cum veteribus hæsiarchis, Valentinianis, Apelle, Cerdone, Cajanis Severianis Archonticis, Proclianis &c. sic enim Weigelius p. 2. postil. q. 97. *Da wird Adams Fleisch von den Gläubigen hindan geworffen: item Adams Fleisch kompt weder in den Himmel / weder in die Hölle / er vergehet mit den 4. Elementen.*

Pari gressu ambulat Böhmius cap. 6. de tripl. vit: 5. 97. *Da wird das alte Adamische Fleisch zum himmlischen Fleische / denn das gehöret in die Erde in den Todt.* B 3 Non-

Nonne quoque Futhustasticum & Schyverigfeldianum
 efficaciam ministerii à Sanctitate Ministri derivare sicut Pon-
 tificii salutarem S. C. usum ab intentione Ministri? Oportendum
 quidem omnes tales essent, qui non solum voce sed & vita do-
 ceerent: Licet interim multi dicant & non faciant, non impe-
 dit quò minus cursum suum absolvat Evangelium cum utili-
 tate. Weigelii verò vestigiis insilit Teutonicus noster, sic
 enim ille part. 2. post. pag. 3. Wo der Prediger das innere
 Zeugnis Jesu im Herzen nicht hat / ja noch wohl verläugnet / und
 begehret die Wahrheit in ihm selber durch den H. Geist nicht zu erfah-
 ren / ob gleich gute Zuhörer da wären / so gehet es doch Lehr ab /
 man trerschet Lehr habers tro: Audiamus & Böhmiū eadem chor-
 dā oberantem l. de tripl. vit. c. 3. §. 68. it. libr. de tripl. vit.
 C. II. §. 79. Kein Priester ist des Amptes fähig / er sey dann in
 Gottes willen / item er ist seiner Kirchen eben so viel nütze als am
 Wagen das 5te Radt / item von der Wiedergeburt / ist der Prediger
 ein Todter / und säet aus seinen affecten Gift und Schmach / so
 lehret der Teufel und höret der Teuffel. Et quæ alia sunt passim
 jam refutata absurda Sacræ Sripturæ in faciem contradicen-
 tis; quod patebit si conferantur dicta Rom. 16. 1. cor. 3. 7.
 2 cor. 4. 7. Matth. 23. c. 23. Act. 15. 21. Et tandem, nec sanctum & honorabile conjugium sine la-
 be esse sinit Böhmius: non quidem prohibendo, sic enim to-
 tam suam doctrinam (urpote Diabolorum I Tim. 4. 3.) suspe-
 ctam reddidisset, Sed in primo homine aliud quid somnian-
 do. Sic enim lib. de trib. princ. cap. 17. Wir sehen
 klar daß Gott die Vermischung nicht gewolt. Item wir sehen daß
 Adam vor dem Fall keine thierische Gestalt gehabt. Item contra
 Tilk: hätte Adam nicht nach der Irdigkeit imaginiret, so
 wäre Eva nicht aus ihm gemachet worden / sondern er hätte wol
 können selber auff Magische Art gebähren / er hatte die Matricem,
 und auch den Limbum / er war Mann und Weib vor seiner Eva.
 Plura darem, ni pudor ac verecundia obstaret; Quid verò?
 Ada-

Adam ante lapsum & creationem Hevæ factis ad exclusio-
nem & partum aptum fuisse forsitan intendit? Sic & Anthonetta
putat & qui illam propugnat contra Burchardum pag. 41.
Das Adam die beyde Naturen/ Mannes und Weibes in sich gehabt/
ist wohl zu glauben/ die weil Gott niemahls was unvollkommenes
gemacht hat/ Addit ibid. N. H. B. Der hocheleuchtete J. Böh-
me hat aus göttlichem Lichte auch sehr klar und deutlich hiervon ge-
schrieben in seinem Mysterio magno am 18. cap. Clarius adhuc
pag. 44. Die heiligen Engelen haben auch eine Natur/ die da gleich
dem Leibe Adams für dem Fall/ und zeugen ihres gleichen Ratio,
Weil alle Geschöpfe Gottes ihres gleichen fortpflanzen/ und doch
alle Dinge mit Saamen geschaffen sind. Si riseris adhæc, Le-
ctor, dicet nobile istud par, Jacobus cum Anthonetta: Ihr ver-
stehet die Schrifft nicht/ noch die Krafft Gottes. Sic ab his judi-
cantur omnia & à nemine judicari volunt, parùm memores
istius Pauli. Rom. 12. *Edico, ne quis supra modum sapiat inter
vos & ultra quàm oportet sapere: Multa garriunt, multa nar-
rant, sed unde? Non à Scriptura: vid. River: in Gen, c. 1. Ex. x.
Utinam se compesceret temeritas humana, & id quod non est,
non querat, ne illud quod non est, inveniat, ut, proh dolor!
Böhmistica Schola testatur: & hinc quoque satis liberè in ali-
oscensoriâ virgulâ vagatur, de se verò sanius iudicium invita
sustinet.*

III.

*Quòd Böhmius fuerit usus stylo priscis scri-
ptoribus familiari.*

Scripta Böhmiâna, diximus *Mundum tenebrosum*, idque
de jure, maximè quoque propter stylum rationem non il-
luminantem, sed eam potius crassa caligine obtuscantem: In-
spiciantur scripta Böhmiâna consideretur stylus, deprehende-
sur à stylo amanuensium sacrorum non modò esse maximè di-
ver-

diversus, sed & planè contrarius. Paulus dicit: *Se non venisse eminentiâ orationis aut sapientiæ humanæ.* 1 Cor. 2. Imò omnes Scriptores sacri, semper adhibuerunt terminos ac voces, vel simplicissimis etiam notissimas. Habent quidem ipsi, præsertim Paulus, teste Petro 2 Epist. 1. c. 3. 16. *nonnulla difficilia intellectu*; illa verò crustis non magis obscurarunt, sed potius variis modis illustrarunt, quò Scriptura *lux & lucerna esset pedibus nostris.* Non frustra miramur Dei providentiam, quòd terminis simplicioribus, tum Apostolicis, tum nostris temporibus, simplicem Evangelii doctrinam voluerit propalari, quos Chymia infelici Böhmius decoxit inque aurum profusorium commutavit. Terminos verò Böhmi B. L. quos ex parte saltem videbis citius in Chymicorum quàm Theologorum scholis quæsiveris. Multa enim garrit de *Tinctura, quinta essentia, Schrack, fiat, compactione, cogastricis, Iliastricis & nescio* quibus Entibus rationis ac Chymeris: Sufficit Censorem sese explicare, Böhmius quidem sic scripsisse, attamen à Scripturæ scopo nunquam aberrasse, cuius contrarium tamen supra fatisevictum. Nec satis quoque absolvit Böhmius prætextus & spontaneæ obscuritatis calva excusatio: *Ich gebe dir nicht gar ins Maul / wegen des Gottlosen / da es nicht wehrt ist.* Absolvit verò, quòd ipsemet fatetur, se plurima quæ nondum capiat scripsisse. Quod quidem facile damus, cum sacram Scripturam Tincturis suis ita maculet, ut amplius Scripturam esse non intelligas. Addamus iudicium Athanasii de libris perplexorum Doctorum: *Si estis discipuli Evangeliorum non tam per-versa loquimini sed secundum S. Scripturam incedite, si loqui amatis, quæ cum Scriptura non conveniunt, quid nobiscum certatis? quid ad Scripturam provocatis! cum nihil nec loqui, nec audire quæamus, quod à Scriptura alienum?* Idem nuper Vir Eruditus in literis monebat, inquiens: *Non vereor culpæ quod non loquatur cum S. Scriptura, sed mentem suam (si orthodoxa sit) involvat caliginosis metaphoricis & peregrinis*
ver-

verbis, si sentit cum Scriptura etiã phrasibus utatur Scripturæ.
 Et quid si Böhmi cum Dn. Censone demus, authorem terminorum non fuisse, sed alios ante ipsum antiquissimos Philosophos; quid ad illum, Paracelsi & Weigelii ex orco revocare somnia & semina, ut sibi promittat novam stolidorum messem? *O sanctam simplicitatem! o crassam ignorantiam!* (remittimus tibi tua) sulphurem Mercurium Saturnum Venerem; phrasen in omni vanitatis & inanitatis Tincturâ repletas, & inaccessibiles.

Recipe ergo. Adam ist nicht aus dem Erdenkloß gemacht sondern aus dem Limo welchen Jupiter inscicret. It. Eva hat das halbe Creuz von Adam gekriegt in Kopff / das magische Kind Adams / It. das Centrum ist das alleredelste Kleinod dieser Welt / das giebt nur Freude im Gemüth das Centrum aller Wesen zu finden. It. Die Erkänntnis und Offenbahrung in einem jeden Christen ist so / wie er in der ewigen Mutter constelliret ist. It. Alle Creatur bestehet in einem geistlichen Sal, Surphur und Mercurius. It. Die Gleichnis der Dreyfaltigkeit / ist in allen Dingen / sonderlich im Feuer. It. Der Elementen geistliches Gespräch in dem Menschen. It. Iesus Christus hat an seinem himmlischen Ens, des Menschen abtränniges Ens angenommen: Er war ein Jungfrauen-Kind mit beyden Tincturen. Sein Leib ist der Fürstliche Thron des 2ten principii. It. Litera O ist der Character des Centri, des fastlichen Worts in der Gottheit. It. Ein Philosophus hat Macht die Erde vom Fluch zu erlösen. O bone! libera nos à terminorum barbarie & vanitatis onere, quo premuntur spiritus Böhmistici & detinentur animæ illorum à Scripturæ lectione sanoque captu, ut incorrupta maneat veritas & Scientiæ Magico Chymicæ perniciosum glaucoma deponatur, & peregrina Cabalisticis speculationibus referta migrent, purusque superstiti Strylus Mosis ac Prophetarum. Et sic evitabitur charybdis illa, nempe barbaries inusitatissimorum, nescio ex quibus gurgustis & antris petitorum, quibus omni tempestate in Eccle-

clesia pestiferæ & infelices ortum debuerunt hæreses.

Ad QUÆST. III.

Quòd sensus historiae Mosaicæ sit quadruplex.

LUltraminis nostr. quæst. 3. §. I. vanitatem indicavimus, S. Scripturam pro lubitu torquentium & §. 2. lusu cabbalistico eam deturpantium, & §. 3. ex voce מַתְּנָה materiam Adamicam ex 4. mundi plagis desumptam præsupponentium: Diximus intuper §. 4. à litera non recedendum esse nisi quid analogiæ fidei contrarium sequatur, & demum quòd de materia Adamica citra Scripturam dislerere sit periculosum.

Insurgit verò *ò d'ava*, & pro more suo per ambages vagabundus impingit nobis, ac si in totum à Scriptura sensum removissemus mysticum. Sed *ò bonè!* Sphalma committis non satis excusabile, nimirum Flenchi ignorationē, neque satis perpendis sensum quæstionis nostræ & statum controversiæ. Ultrò enim tibi damus, sensum Scripturæ pro varietate, jam diei literalem, jam allegoricum jam trophologicum jamque anagogicum; sed quid hoc ad rem? Quæstio nobis enim, an genuinus sensus historiae Mosaicæ, de creatione & lapsu sit improprius? Idque negavimus hætenus & negaturi sumus donec doceamur meliora à Censore qui si ullibi, hic sanè biliosè effervescit. Nos non recedendum puramus à literali Scripturæ sensu, donec aliquid absurdi aut fidei contrarium sequatur, juxta Polan. l. i. c. 4. §. Destruxisse te forsan putas thesin nostram allegatis mutilatis Paræi verbis: non autem eum ex sua, sed alterius sententia scripsisse scias, in Gen. pag. 15. dicens *qui ex veteribus in Genesin aliquid commentati, id fere studio habuerunt, ut lectorum animos à literali quem vocant sensu terminorū ad altiores Spirituales intellectus traducerent, in his enim majestatem Scripturæ maxime consistere existi-*
ma-

marunt, cum sensus historicus humilior etiam infidelibus pateret. Sed ad sequentia jam attende: Ita factum est quo quisque ad excogitandas allegorias abstrusiores fuerit ingeniosior, eo magis naturam Scripturæ mentem involverit, potius quam explana verit. Porro, Etsi autem typos & allegorias, quas Sp. S. in historia Mosis ostendit necesse est observare, tamen omnia in allegorias transformare, sine dubio est à vera Mente Scripturæ aberrare, & humani ingenii νοήματα pro Dei verbo venditare, quoniam nihil est in Theologia temerarium magis & periculosum. Certum est, Mosen in Genesi non scribere drama aliquod, sed texere literalem historiam &c: Simplex igitur & nativus historiæ sensus ante omnia quærendus & retinendus est, quia is solus gignit certas sententias, & ad fidei dogmata confirmanda est idoneus. Allegoriæ verò plerumque sunt inanes speculationes, & Spuma Scripturæ, ut vocat Luther. in Gen. 3. It. Dehnen das Leder nicht zureichen wollen / die greiffen zu den allegorien. Vides jam Dn. Censor jugulum propriæ causæ. Iterum nobis impingit ὁ δῆνα, quasi derivationem nominis אדם ab אדמה dixerimus commentum Böhmicum, imò aliud longè, illos diximus errare qui ex voce אדמה 4. mundi plagas eruunt. Dn. Censor hic militat Theologorum auctoritatibus, allegando loca ex Bucan. libr. 8. 4. 9. Böhni Meth. Theolog. pag. 135. & Avenar. Adamum ex terra rubra conditum esse, damus: non item eum ex quatuor mundi plagis desumptum dicimus, (de quo infra.) Sufficiat verò illas allusiones Cabbalisticas subtilitatis minùs, soliditatis nihil habere. Nam attendat quisque sanus ad consequentias: Per notaricon ex voce אדם fit דוד משה אדם ergò anima Christi migravit per Adamum & Davidem, item gleba ex qua Adam formatus, fuit desumpta ex 4 orbis partibus, Ratio quia vocis אדמה literæ initiales græcè Scripturæ denotare possunt quatuor mundi plagas, ex א fit ανατολή ex ד Δύσις ex אפרכס ex μ μεσημβρια, judica Lector ex fimbria de veste, numquid intendat hoc Spiritus: Nemo sanus existimabit Deum

pōno p̄vidētijs tam lubrico, tam vano, nulloque scripturæ funda-
 mento superstructo populum suum erudiri voluisse. Insuper,
 à nominum convenientia ad rerum convenientiam, à reali ha-
 rum similitudine ad earum identitatem, à literis ad nomina, à
 nominibus ad res nulla sana deducitur consequentia; numero-
 rumque signorum & characterum nulla est efficacia,
 ut CL. Vossius loquitur. Hinc è contrario tales, qui profun-
 da & curiosà nimis rerum indagatione altum sapere volunt,
 conjecturas fallaci cerebello conceptas & merè probabiles, in-
 victorum argumentorum loco imperitoribus obrudentes,
 videmus & experimur in Catholicæ fidei analogiam & Cano-
 nes arietare. Tandem, non opus fuisset, ut tot verbis tri-
 umphabundus Dn. Cenfor, dixisset, cœcutire illos qui talpis
 visum denegant. Status enim controversiæ nobis erat, an
 sensus historiæ Mosaicæ, sit Mysticus. Nos negavimus, & ra-
 tiones dedimus, tuum fuisset Dn. Cenfor illas evertere, tuam-
 que sententiam contrariam probare, dum verò nos de historia
 Mosaicæ loquimur, tu quæstionem moves de talpis, ex occa-
 sione *in modo* saltem adducti proverbii. *Homines quosdam*
talparum instar media sub luce cœcutire. Quis quæso ex his vel
 torculari exprimere poterit consequentiam à Dn. Cenfo-
 re illatam: Disputator dicit homines quosdam talparum in-
 star cœcutire. Ergò talpis visum denegat. An cœcutire
 dici potest de animantibus visu carentibus? Sic quondam in-
 ter Turcarum Imperatores *Mustapha* antea à fratre perpetuo
 damnatus carceri & tenebris, post mortem fratris à Milite so-
 lio iterum impositus regio lucem ferre non potuit cœcuturiens
 potiusq; ad solis jubar, maluit carceris tenebris quam diadema-
 re regio frui: illene oculos non habuit? habuit, at non sanos:
 Habeat & talpa oculos, sed æque non sanos, habeant & il-
 li, quia ad simplicem S. Script. sensum obscura & profundiora
 pandunt Mysteria, habeant, serventque sepulchro: talpa e-
 nim ex sententia Dn. Cenforis videt in Elemento suo tenebroso,
 & lu-

& lubentius in atris terræ antris quàm in sole veratur. Fidem tuam *Lector!* Annon & sic Böhmiæ cœci cœcos ducunt, *Viri Contorstonum* 2 Pet. 3. 16. per obscura ænigmatum itinera vagantur.

Ad QUÆST. IV.

Quòd Böhmius non neget, Evam ex costa propriè dicta creatam esse.

Diximus nuper, Böhmius negare, quod Adam ex pulvere terræ propriè factus, & Eva ex costa propriè dicta: §. 3. Q. 4. ò *dèiva*, ad Q. 4. dicēs sententiam non solū Böhmiæ sed omnium Orthodoxorum Theologorum, & verorum Philosophorum & Chymicorū esse, quod primus homo ex vera terra S. limo tanquam prima, visibili, tangibili & corporali materia à Deo conditus sit: Eva autem ex vera, visibili, & tangibili costa, ex latere Adami desumpta, & à Deo in mulierem exstructa sit. Hanc sententiam stabilire, nostramque conatur evertere sequentibus testimoniis è Böhmiæ excerptis.

Obj. 1. ex lib. de 3. pr. cap. 13. §. 4. Moses schreibet. *Als Adam entschließ/nahm er seiner Rippen eine und schloß die Städte mit Fleisch.* Ad hoc Respondemus: Hæc verba non ex propria sententia, sed ex Scriptura citasse Böhmius, quo infastum suum glossema adderet.

Obj. 2. *Moses hat gar recht geschrieben / wer wolte ihn aber verstehen? Jam, si nemo intelligit Mosē clarè loquentem, necesse est, aliam Böhmiæ quàm Mosi tederē mentem sc. Evam non ex costa propriè dicta creatam esse, prout ante raptum putaverat. vid. disp. §. 7. Q. IV.*

Obj. 3. *Das Fiat fassete eine Rippe in die mitte von Adam / hæc ipsa verba allegavimus in disput. Q. IV. §. 7. ut ostenderemus vocem ipsius sapius esse Jacobi, sed manus Elavi; quod probavimus ipsius verbis in disp. allegatis ex lib. de 3. pr. c. 3. ubi*

ubi dixerat Evam creatam ex fortitudine & virtute ex quibus costa erat creanda. Si ergò ex materia ex qua costa demum formanda, non ex costa ipsa creata est. Ecquid ergò tergiverfatur Böhmius negans Evam ex propriè dicta costa creatam?

Obj. 4. ibid. C. 13. 14. Du mußt aber theur verstehen/ sie ist nicht heraus gezogen als ein Geist/ sondern ganz im Wesen/ man muß sagen das Adam hat einen Riß bekommen/ und das Weib trägt Adams Fleisch Geist und Bein. Sed quid hic de costa dicitur? Eodem modò hic cavillatur à dēva, ut supra, cum allegaret Paræum; si enim perrexisset, vidisset materiam ex qua Eva condita, Matricem non costam statuisse Böhmius; sic enim pergit, das Weib trägt die Matrix und Adam den Limbum. Nil ergò præterea contrarii ex hoc §. adduci posse videbit quisq; candidè eum inspicienti.

Obj. 5. ibid. §. 15. Der Geist ermahnet uns eines himmlischen Mysterii von Adams Rippe welche von das Fiat genommen/ & Simulare eum quasi retinere vellet literam, satis probant consequentia, quæ adjiceremus, ni sterilem vitarem prolixitatem. Eiusdem quoque commatis est quod allegavit ex eod. lit. & loc. §. 17.

Obj. 6. Myst. Mag. c. 19. §. 1. Moses spricht/ Gott ließ einen tieffen Schlaf fallen. Sed itidem & hic Böhmius non suam sed Mosi & Orthodoxorum profert sententiam: Vellem eorundem omnium mentem retineret, qui simpliciter per costam, costam, licet non omni fortè carne privatam intelligunt. Böhmius verò hic nihil minùs quàm propriè dictam costam intelligere, patet ex sequentibus à D. Censore allegatis verbis, wer wil das ohne göttliches Licht verstehen? nonne verba sunt clara & simplicia? quid igitur? numquid similis est mulo & equo, ut in ipsa meridie oculos claudat? Nam, & quid latus, quid costa sit, rustici quoque norunt, ut ipse loquitur.

7. Obj.

Obj. 7. Ex lib. de incarn. Ch: 1. c. §. 6. Das Wort des Lebens nahm die Veneris Tinctur mit dem himmlischen und irdischen Fiac von Adam und auch eine Rippe. Quorsum jam dilaberis D. Censor? an, quod ex costa propriè dicta creata fuerit Eva probabis, nec attendis qualem addat Tincturam Veneris? Et termini & sensus Scripturæ genuinus Böhmiio displicent. Quandoque quidem literam servat, quandoque verò sponte à janua aberrat: ut satis illud demonstravimus Lustr. Q. II. §. 5. & 6. ut mirum sit, quod non & illis probaverit, quæ adducit, wollen ein Theil auch wol von einer Grube aus Morgenland sagen/ da Adam seytheraus genommen und gemacht worden/ wie ein Töpffer einen Hasen oder Topff machet. Audi, verbo, quam egregiè sensum literalem retineat, die Rippe bedeutet Adams Zerbrechung: mirari igitur satis non possum. Censorem tam debilibus innititestimoniis; ponderatis namque antecedentibus cum consequentibus patebit, inanem fuisse pro Böhmiio à D. Cens. susceptum laborem. Melius rem suam egisset, si nostra in disputatione allegata testimonia refutasset; non enim sufficit logomachia.

Quòd Böhmius doceat, Adamum ex pulvere terræ creatum esse.

Contrarium diximus & probavimus Lustr. nostri Q. IV. §. 4. certamen nobis offert ò *däva* porrecta manu. Illud quo militat legitur Myst. Mag. cap. 18. §. 7. 8. *Zwey fire und beständige Wesen waren in Adam / als der geistliche Leib von der Liebe Wesenheit des innern Himmels / welcher Gottes Tempel war / und der äufere Leib als der Limus &c. item de prædest. §. 1. Cerrè, desperatæ causæ indicium est, quod validiora non produxerit, melius iterum fecisset ut periculosis hisce testimoniis tacuisset: profert enim errorem in quo Böhmius Weigelium, Paracellum & Socinum habet præscriptores: scil. & du-*

de duplici corpore, de quo Moſes accuratiſſimus humani or-
 tus ſcriptor nihil habet, & quem propterea Orthodoxi ut ſo-
 mnia Paracelſicum rejiciunt. Rem acu tetigiſſe hoc dicto æſti-
 mat fortè D. Cenſor, aſterisco notans vocabulum *Limus*: ac
 ſciat, Böhmiſm per limum non terram, non pulverem ſed
 extractum quid intelligere, legat ſequentia & videbit ipſum
 Böhmiſm huius interpretem: *Es war ein Limus, ein Auszug
 des guten Theils der Erden/* quod idem illud, quod alibi quin-
 tam eſſentiam appellat. Ejuſdem commatis duo adhuc citat
 à *dēva* testimonia: ſed ſciat Moſen non dicere Adamum cre-
 atum ex limo pro Böhmiſm mente ſed ex terra pulverulenta.
 Hiſce ſi conferantur in Luſtr. Q. IV. adducta patebit ſatis
 Böhmiſm & hac in parte orthodoxorum caſtra relinquere.
 Obicē ſe poſuiſſe nobis putat à *dēva* cum ad testimonia noſtra,
 Sole meridiano clariora, qualia qualia ſaltem regerit. Fa-
 nempe nec Böhmiſm ſententiam tollere, nec genuinum textus
 Moſaici ſenſum intervertere, ſed tantum dilucidius explicare
 omnia, oculosque cœcutientium aperire, ut verum & genui-
 num ſenſum verborum Moſis ſimpliſſimi, & cognitionis
 rerumque divinarum imperitiſſimi, ipſis manibus palpare poſ-
 ſint. Imò ſi tenebræ lux, & mendacium veritas, ſanè tum
 Moſaica ſententia per ſomnia Böhmiſm explicari poſſet, quod
 vellet D. Cenſor. Moſes dicit *פר עמן הא המר &c. ויצר יהוה*
 Böhmiſm verò *Adam iſt nicht aus einem Erdenkloß gemacht:*
 numquid hæc egregia Moſis dilucidatio? Et tu D. Cenſor
 hunc cum viris orthodoxis impari licet iugo conjungis? juxta
 morem ſcholæ Böhmiſtarum, quæ, quem ſemel amat perdit;
 ægrèè ſulphurulento chymicorum grege dimittit.

Quod

*Quod cum orthodoxis Böhmius Adamum
ex limo, & Eva ex costa, & qualitati-
bus totius orbis impregnato conditos
dicat.*

Amat Böhmius, phrasibus Biblicis quasi retentis, tamen profundiore sapientiam semper meditari, den innern Schriftegrund/ ut loquitur. Nemo autem unquam orthodoxorum Adamum ex limo terræ factum negavit, ut Böhmius facit, lib. de 3. pr. c. 10. daß Gott den Adam nicht habe aus einem Klumpen gemacht. Imo, tacentibus nobis, ipse Kilmannus à D. Censore prædicatus, quòd scripta Böhmica in quaestiones redegerit, eaque toties perlecta & genuino Böhmiarum investigato sensu, indice instruxerit locupletissimo, contra ipsam D. Censuris assertionem testatur, in indice titulo *Adam: Adam ist nicht aus einem Erdenkloß gemacht.* Et quis crederet, nisi cui fungus pro cerebro, Böhmius Adamum ex limo terræ creatum docere sensu Mosaico, cum neget verbis expressissimis Adamum ossa ante lapsum dura non habuisse, sanguinemque non terrenum, sed cœlestem: cum neget quoque fructus Paradisi non fuisse veros fructus terrestres, cum neget tandem hos potuisse edi more naturali, sed more angelico l. de 3. pr. c. 11. §. 13. quorsum & Kulman pergit, im neu-begeisterten Böhmen/ quaest. 13. 2. wie wurd die Speise in Adam verzehret/ da er ja weder Därmer noch dergleichen Glieder hatte & Sed quid op9 ut heterodoxam sententiam de materia præexistente, ex qua corpus Adami creatum indicemus, cum clara & evidentissima testimonia superioribus addere facile possimus adhuc: nimirum illa qua l. de tr. P. C. 17. §. 6. profere *Sein Leib ist aus dem ewigen Element geschaffen/ und die 4. Ausgänge der 4. Elementen aus dem Element seynd diese Welt/ darinnen ward Adam nicht geschaffen.* Imo quòd nil minus velit
D quam

quàm Adamum ex pulvere terræ creatum & propterea simpliciter & planè neget, (quam restrictionem D. Censor voluit additam) satis patet ex seqq. absurdis si non blasphemis cap. 17. §. 22. Dasz Moses so hart darauff dringet und saget/ Gott schuff den Menschen aus dem Erden Kloss/ dasz ist sein Deckel für seinem Angesicht/ dasz ihm der irdische Mensch nicht sol ins Angesicht sehen/ freylich war er ein Erdenkloss und Erden. Condonabit R. V. hic asteriscum addenti, da er irdische Frucht aß. NB. NB. Wäre Adam für dem Fall irdisch auff Erden gewesen/ Gott hätte ihm die irdische Frucht nicht verboten/ dazu so er aus der Erden Element wäre geschaffen gewesen/ warumb zoch ihm dan auch nicht das irdische Element alsbald sein Kleid mit einer rauhen Haut an? warumb ließ es dem Menschen nacket und bloß? Attende, quæso, pie Lector, cui veritas cordi est, ut heteroxis hic probet, Mofen non secundum literam intelligendum in historia creationis Adamici corporis? Primam quam commentus est rationem hæc est, quod interdixerit Deus arboris fructum, quasi vero non contrarium evinceretur potius, nempe non corporaliter edendi non opus esse ut corporales cibi interdicerentur. Sic nemini angelorum hortorum fructum interdixit. Secundam, quod elementa vestes ipsis protoplastis ut reliquis animantibus non induerint? Resp. ex sacris, placuisse Deo & hoc modo homini omnem superbiendi ansam adimere. Et tertiam, quia ne bestiam quidem ex terra creaverit cap. 17. §. 24. de 36. pr. An non hoc est Mosen fidissimum Dei Amanuentem revocare sub censuris, & ipsi creatori præscribere regulas & leges? Cùm enim sapientissimus ille conditor faciat quod vult, & quodlibet ex quo vult, sufficiat nobis Scripturæ veneranda autoritas & quod Deo ita placuerit. Sanus quisque videbit facilè. Evam è costa viri fabricari non potuisse juxta Böhmiæ hypothesein, non enim habuit ossa ante lapsum, ut garrir l. de 3. pr. c. 13. §. 3.

Et tandem, quomodo ille concedit sensum literalem Mo-

Mosis, qui dicit, Explicationem in historia creationis & lapsus Antichristianam sive innovationem Antichristi? Et, cessasse quidem velum Mosis in Christo, ast stellas & elementa alium, objecisse oculis sumum, quo minus intelligant: genuisse stellas ac elementa Antichristum qui se. illis explicationibus literalibus mundum demendaverit. Condonabit igitur D. Censor quod heterodoxam & cum sacris minimè convenientem sententiam clarius omnium oculis exposuerimus.

Quòd homo tam ex quinta essentia quàm terra & costa conditus dici queat.

Placuit Dn. Censori nobis de materia protoplastorum, præexistente differentibus inferre, absurdè non loqui Böhmi-um dum dicit, materiam protoplastorum præexistentem, quintam essentiam. Et infert: Si limus non fuit siccus sed humidus, costa non arida sed carne turgida, sequitur non absurdè locutum fuisse Böhmi-um, protoplastos nimirum ex quinta essentia conditos esse. Sed ad prius membrum resp. 1. Periculosum ad modum esse profunda curiositate in ea inquirere, quæ Deus nobis noluit revelata & supra id quod scriptum est sapere, & macrocosmi pariter ac microcosmi pandere prima primordia: Et hoc sine dubio viros clarissimos plures movit quòd maluerint *ἐπιχειρῆσαι*, ac de costa & limo, sobriè & paucis philosophare, & juxta literam. Et ad 2. Demus, fuisse vellimum vel costam humoribus repletam, num idèò pro Böhmi-um fervore præpostero & cunctis viribus pugnabimus, qui rejecta rudiori terra, à quinta quadam essentia humani generis duci exordia, cui indignum videtur corpora protoplastorum ex solo terræ pulvere esse formata, advocans potius, ipsa scriptura tamen reclamante, materiã selectiorem & nobiliorem. Placeant cuicumq; velint fallibiles tales exstructæ rationes, placet nobis simplicem scripturæ retinere literam;

idq; maximè ob sequentes rationes. 1. Quia Moses nos certos reddit de materia terrestri, & rudi gleba; de materia nobiliori sive iusta temperatura 4. Elementorum (quam Hermetici quintam essentiam vocant) non item. Ad quid enim ista Abrah. Franckenbergh in oculo æternitatis, der Mensch muste geschafsen werden zuletzt/ aus dem Centro dieser Welt/ an welchem Orte zusammen fließen die Kräfte des Himmels und der Höllen/ des Lichts und der Finsterniß? 2. Quia docemur, non reversurum fore in quintam essentiam sed in terram corpus humanum. 3. Quia non æstimanda venit creatoris gloria ex materia sed ex composito. 4. Non parùm evincunt vocabula quibus Sp. S. utitur ויצר & יצר quorum alterum sigulorum, & alterum fabrorum, quamvis hæc vocabula *ἑτοιμασάντες* intelligenda sint. Et 5. Nobis persuadet Criticorum & verorum Theologorum regula: Inter duas sententias illā recipiendam esse, quæ non contra majestatem divinam, & dignitatem est, nec analogiam fidei evertat, sed potius multum faciat ad Dei potentiam illustrandam, superbiam hominis deprimendā, & pietatem ac humilitatem excitandam: prout restatus jam suo tempore, Job. cap. 10. 9. & 33. Sirac. 10. 16. Abraham. cap. 18. Gen. Vides igitur D. Censor, quàm præceps Zelo tuo fueris præpostero, quòd dixeris vocem וצר sensum habere alicujus Quintæ Essentiæ: imò & ipse Bucanus quem adduxisti te deserit. Quæst. II. *Cur autem Moses terræ tantum meminit: R. Quia à parte principaliori &c.* Et quamvis demus, limum & costam humoribus fuisse repletam, an ideò ita libere philosophari liceret, quintam essentiam materiam esse præexistentem? Quod ad allegata dicta, quibus probare conaris vocem וצר in sacris denotare quintam essentiam v. g. Gen. 2. v. 23. Luc. 24. 29. Gen. 29. 14. Jud. 9. 2. 2. Sam. 19. 13. horum nullum probat. Imò, ne Alembycò vel Retorta aliqua quinta essentia inde exprimi poterit. Insuper ex optimis Criticis satis persuasum habemus, ejusmodi loquendi

quendi formulas apud Hebræos maxime fuisse in usu, huncque hebraismum & antiquam loquendi judæorum formulam non facere ad probandam tuam quintam essentiam.

Ad Q. V.

Quòd Bohmius non statuat Adamum monstrum Androgynum in externa forma fuisse.

En! iterum committis D. C. fallaciam, an ex præcipitancia vel fervore præpostero, ipse scias. Nos verò per amicè rogamus, velis seposito affectu intimius paululum contemplari Lustraminis nostr. Q. V. videbis ne gry de antithesi tua in illa inveniri. Quærebatur enim de materia protoplastorum præexistente. Ubi statim ab initio hujus quæst. annotabatur quorundã Adamum Androgynũ in externa forma creatum asserentium error, quem, jam dudum præter judæos, Manassen Ben-Israel, R. Salomonem, Aben-Esram, R. Eliezerum &c. foverunt inter Christianos Francisc. Georgius & Eugubimus, & inter Gentiles nonnulli. Insuper, hanc paradoxiam diximus facile refelli ex Gen. I. v. 27. Numquid in his malè sumus locuti? Sed quid hic de Böhmiò? Nusquam in tota disputatione talem unquam affinximus Böhmiò sententiam. Interim tamen illum de Adamo sic docere; ipsum solum & unicum à Deo conditum esse, ut solus absque uxore cum Deo viveret, & habuisse, eum in finem in sese limbum & matricem, ut loquitur, h. e. facultatem generandi & pariendi sui simile, D. Censori, & cuivis illud ipsum à nobis desideranti probabimus ex Böhmiò.

D 3

Quòd

*Quod non denegat Böhmius Pentateucho
authenticam.*

Cum magnus adhuc sit inter doctos dissensus de librorum sacrorum authoribus quibusdam, nos tamen rigore Pharisæico, eos hæreseos non dabimus statim reos, qui in uno aut altero hic cespitant; eos autem, qui librorum sacrorum ἀξιωματικὴν divinamque authoritatem suis convellunt hypothesibus, heterodoxiæ notam incurrere firmiter nobis habemus persuasum & demonstrabile ex ipso Böhmio:

1. Qui dicit Genesin ab Epicuro & tali scriptum esse qui verum Deum & Stellas non cognoverit, ille negat Moſen scripsisse actum à Spiritu Sancto, & sic vacillat authenticam. Ne verò putet quis nos quid sinistrum Böhmio affingere, evolvat Gloss. ejus in Gen. I.

2. Quodcunque simpliciter nimis & imprudenter scriptum, illud θεοπνευστός exaratum nemo asseret, nam Spiritus quo dictante scripserunt amanuenses non est Sp. imprudentiæ sed summæ sapientiæ.

3. Quicumque rejicit Moſen, propterea quòd creationem non viderit, ille denegat pentateucho authenticam. Atqui hoc patet ex Auror. §. 122. ut & cap. 18. §. I.

4. Quicumque dicit Scriptorem pentateuchi non intellexisse quid scripserit, ille negat Scriptorem θεοπνευστός scripsisse, ulterius hoc confirmamus ratione, quam affert, nimirum spiritum nemini unquam verum sensum revelasse sed ad Böhmi tempora servasse, & ipsi communicasse.

Sed ad rem satis claram plura afferre testimonia tædiosum. Maneat itaque Orthodoxa veritas, Moſen, licet per traditiones plura acceperit, tamē omnia quæ scripsit, exarasse, actum, directumque θεοπνευστός. Quod ex ipsis Gentilium historiis, cum propria phantasmata & somnia, s. Scripturæ testimoniis præferant Böhmiistæ γνησίαι, ni propositæ brevitatis oportet

oporteret nos esse memores, probaremus. Tantā potius Mosis
 authoritatē fuisse, propter familiare & per plura miracula con-
 firmatum Dei cōmercium, ut de scriptorum ejus & dictorum
 anthentia ne ipsi quidem Gentiles dubitarint, & hinc ex zelo
 præpostero Phœnicos, Gazenses, Ægyptios, cum tanquam
 Deum coluisse: quin & ipsos Persas, Indos, Guzaratenſes
 & Coromandelentes item Orientales & Occidentales popu-
 los ex Scriptis Mosaicis licet prave & perverse intellectis tuam
 moderasse religionem. Blatphemiam Böhmi ex conclusione
 Auroræ adductam, excusaturus Dn. Censor, inquit, quod Böh-
 mius his verbis opponentium allegationes, quas putaverat
 non rectè applicatas, rejicere voluerit: Sed fateor egregius est
 refutandi modus, pro prædestinatione divina argumentan-
 tibus ex Sacris regerere: *quid Petrus, quid Paulus etiam scripse-
 rit, proprias cordis tui meditationes saltem sequere Ec.* *Be-
 weist mirs Herr Pasquil. daß es nicht wahr sey; sehet Meister Fritz;
 Du irrest / Hånstein / mit dem rothen Hüttlein.* O Gerræ! itane
 D. Censor & in hac parte de prædestinatione, Böhmi te sistis
 patronum, dicisque, reipsa nec in hoc articulo cum Reformatis
 contrariari? Itane coturnum facere licet, cereumq; Böhmi
 nasum pro lubitatorquere? Fischesch contra Gilbertum, Kul-
 mannus, & alii, qui ad hujus Gamalielis pedes sedentes Böhmi
 exceperunt verba, hunc articulum verbis satis claris contra
 Reformatos acerrimè impugnaverunt, Böhmiūque hac in
 parte à Lutheranorum partibus stare demonstrarunt. Tu ve-
 rò D.C. contrarium dicis, Böhmiū contra prædestinationem
 divinam non scripsisse. Cui credam & num tibi, aut illis qui
 ipsius fuere discipuli & in Böhmiō explicando omnes impen-
 derunt nervos?

Appa-

Apparere & apparuisse demortuorum animas.

Missis istis ambagibus quibus in limine refutationis suæ ad quæstionem nostr. VII. involvitur D. Censor; missis & illis quæstionibus quas movet, non addita responsione, quarum prima pandit cœli ubi quitatem, secunda somnia Paracelsica & Weigeliana de Spiritu sidereo ac Elementari, quem homo præter animam habeat, 3. quod defunctorum animæ viventibus auxilium præstare queant, 4. Quòd homo fide miraculosâ præditus animam defuncti ex loco suo reducere possit ut appareat & aliquid revelet. Mera paradoxa si non heterodoxa! non quidem audeat Dn. Censor affirmanti Böhmiò simpliciter se adungere, interim tamen posita supra allegata thesi, pugnat: *Quòd non omnium animæ cum Lazaro, Latrone, & aliis, statim post emigrationem è corpore ad perfectã glorificationem susceptæ, sed in loco dispensationis ad tempus assertatæ, hominibus iterum apparuerint, & hanc esse sententiam omnium orthodoxorum.*

Hoc si probaverit, magnus nobis erit Apollo! Remigrationem animæ ad corpus Deo sic volente, concedimus, nec unquam negavimus; animularum verò separatarum apparitionem tanquam commentum Papisticum Paracelsicum Weigelianum, Böhmiànium, meritò negamus & rejicimus.

Pergit Dn. Censor, & pro animarum apparitione Cl. Mares. lib. 14. §. 8. citat: ubi tamen ne verbulum quidem de animarum apparitione dicitur nisi apparitionem Moïsi ac Eliæ ad animas illorum referre velit, cum Moïses ac Elias, animabus non separatis, sed animabus corporibus unitis apparuerint Test. Luc. 9. 20. *ἔτι ἰδὲ ἀνδρες δύο*, non duæ animæ. Quemadmodum igitur à remigratione ad apparitionem animæ, sic nec ab apparitione defuncti hominis per dispensationem sc. divinam, ad apparitionem animæ separatæ consequentia valet

2. Quòd

2.
Quòd Bohmius nihil aliud velit quàm miraculosam illam suscitationem per fidem. Sed quòd nostrates Theologi modum dispensationis vocant.

Ex collatione res patebit: Nostrates Theologi, per miraculum hominem resuscitari, & animam mortui revocari posse in corpus ex loco dispensationis, putant.

Böhmius verò dicit, *defunctorum animas instar Lemurum non solum vagari, strepitum excitare Q. 21. §. 4. aliquid in suam utilitatem querere obambulando inter homines Q. 26. §. 8. 9. posse juvari ab hominibus devotis precibus Q. 24. §. 4. apparere in spiritu sidereo Q. 26.* Et quid porro? nec locum dispensationis (ut ex D. Censoris hypothesi loquar) dicit locum temporarium animarum ad remigrandum tempore à Deo ordinato constitutum, sed diuturnum & perpetuum ad extremum iudicium, licet nunquam sint revocandæ in hunc mundum. Et sic tertium locum more Pontificiorum fingit extra cælum & terram ut patet ex Q. 24. §. 6. *Sie ist nicht in der Hölle/ nicht in dem Himmel/ sondern in der Pforte mitten in der Quaal des principii.*

Tuum iterum candorem, *Lector!* iudices de egregio consensu orthodoxorum & Böhmi, an idem velit de dispensatione, quod Orthodoxi? Hoc enim tam aperte falsum esse, quàm bis bina novem, forsitan alia vice si tempus dabitur & occasio, demonstrabitur plenius. Tecum verò perpende: quod D. Censor, locum dispensationis animabus revocandis in vitam ordinatum & concessum in casu sc. extra ordinario eundem dicat quem Johannes Altare Apoc. 6. 9. Bömizat noster, fingitq; quod nostratibus nunquam venit in mentem.

E

Insu-

Insuper sciat *o dēva*, nos ductu Doctiss. Professorum, per Dei beneficium dudum nosse inter fidem salvificam & miraculosam distinguere, nec ipsius in paradoxis informationem unquam desiderasse, quanquam in rebus fanis nullius institutionem spernere sit animus. Fidem itaque miraculosam, non cum illo fortem imaginationem, sed vehementem fiduciam, cum Wendelino, Maresio, & Polano dicimus, quæ suum habet fundamentum in verbo Dei & promissionibus divinis, absque quibus, superstitio esset, imò vana imaginatio cerebelli melancholici potius quam fides. vid. Paræ. p, 773.

Quòd Böhmius purgatorium Pontificiorum de sacrificio pro animabus, de invocatione sanctorum, non approbârit.

En iterum fallaciam committit *o dēva*, nam, quæso, considera *Lector*, quam candidè nobiscum agat hic noster: nã nihil de purgatorio, nihil de sacrificio pro animabus &c. Sed saltem circa apparationem animarum Böhmiuum stare cum Pontificiis, dixeramus.

Ille conjungit nihilominus illa, quamvis sine magno labore ex ipsius libris ostendi possit, in omnibus illis ipsum sualere monstra, quamvis à Papatu aliquo modo diversa.

Sic negat quidem purgatorium Pontificiorum, sed novum fingit, dum dicit animam post mortem hominis nondum satis purgatam à peccatis, reclamantelicet Scriptura Rom. 6. 7. debere cruciari, lib. de trib. princip. C. 19. §. 44. §. 46. Post putrefactionem ex illo cruciatu liberari, was ihre putrefation sey/begehret n.eine Seele mit ihnen nicht zu theilen/denn es sind ihre greuliche Sünden im Zorn Gottes entzündet / da muß

muß die arme Seele schwingen und baden / biß sie durch den kleinen
Glauben in die Ruhe kompt.

Quòd efficaciam tribuat invocationi sanctorum patet
ex libr. de trib. pr. c: 19. §. 5. 9. it. cap. 22. §. 26. 27. Das
man die Verstorbene grosse Heiligen hat im Bapsthum angeruffen/
und sie alsdenn NB. den Menschen erschienen/ auch Wunder gewir-
cket / des geschehen wir alles NB. Es ist war / ob gleich jetzt dawider
gelehret wird / so ist doch nicht erkántlich bey ihnen/ es hat aber ein
ander ABC als alle beyde Parten verstehen ic. Böhmius igitur
omnium Doctor, non invocationi, sed fortitudini fidei vi-
ventium, aut fortiori imaginationi (imaginationi enim
semper multum tribuit, ut etiam ex illa fidem miraculosam
facere non vereatur) animularum apparitionem adjudicat.
Fatemur magnam imaginationi esse efficaciam, majorem
tamē in objecto quàm in subjecto, ut etiam stultos sæpius fa-
ciat. Rem fatetur Böhmius contra Tilken, inquiens: *Vertraget
mir doch meine Thorheit ein wenig / Resp. Ja wohl ein groß Theil.*
Difficile interim forte foret D. C. ab amico nimium distante
aliquid impetrare; vel si ad mortuos saltem velis restrictum,
item deceptum te senties, cū tot Alchymistæ Paracelsi non-
dum impetrarint arcanū parandi lapidem Philosophorum.
Vides E. Censor quod hac in parte Imaginatio, nil nisi fru-
ctus pariat imaginarios. Vides, in quam, quanta errorum
vorago & abyssus aperiatur illis, qui talibus favent viris, qui
magna temeritate pro revelationibus cœlestibus, nœnias &
somnia vendunt, viris quibus religio est nullam habere reli-
gionem. Vides, quanta malorum pateat sentina si tales lau-
dentur, quorū opus fuit, ab orci vestibulo & ab Ecclesiæ Pa-
tribus relegatas revocare hæreses. Imò, qui sum-
ma imis miscere, novos à Scriptura alienos fingere termi-
nos, & charam Evangelii lucem vanorum quæstionum
myriade obscurare laborarunt, non attendentes ad illud Sal.

prov. *Vnum stultum plures posse movere quæstiones quàm decem sapientes possint resolvere.*

Attende, D. Cens. & perpende, quantæ molis fuerit **SE-
RENISS. HASSORUM PRINCIPIS MAURITIO,**
piæ memoriæ: in vulgus erumpentem curiosæ vanitatis Wei-
gelianæ in celebri Marpurgensium Academia, extinguere
flammam. Rumpemoras! mitte curiosas istas novitates,
& desine fraternam Ecclesiarum Hassiacarum pacem inter-
rumpere, quo illibata patriæ servetur orthodoxia, curam
gere ovium tibi concreditarum, ne ad putridas ductæ un-
das pereant miserè. De cætero si pro Böhmio ulterius mi-
litando ab ordinariis nostris studiis nos revocaveris iterum,
scias nos pro Gloria divina, pro orthodoxia & pro patria,
pro ætatis nostræ viribus pugnatos fore quàm diu Spiri-
tus hosce reget artus. Et tandem si rationibus nihil agen-
dum supersit, indefessis precibus Jesum Nazarenum fatiga-
bimus ut tibi & aliis condonet grave delictum & dirigat vos
in omnem veritatem, ne tranquilla hæcenus per Dei gra-
tiam Ecclesiæ patriæ pax, turbetur, violetur
& interrumpatur.

F I N I S.



HONORIBUS
PEREXIMII AC FLORENTISSIMI
Domini MELLII.
PRÆSES.

Suspicio Doctos sincerum dogma tuentes,
Incluta Cattorum quos veneratur humus;
Seu illi in media commendent PRINCIPIS Aula
Nusquam fucatum RELIGIONIS opus,
Seu alibi puros, veræ pietatis amantes
THEIOLOGI, cultus excoluisse velint.
Eminet hos inter nomen sublime PARENTIS,
Dogmata qui Domini non colorata probat.
HUNC sequere, haut rapiat verbi te quælibet aura,
Quæque tenet GENITOR, tu quoque NATÆ cole.

TOus ceux sont honorables,
Et aussi profitables,
La verité aimable,
Qui toujours immuable,
Démonstrent par raisons,
Qui sont tirés des fonds.

*Ce vouloit en felicitant icy mettre le plus fidel
Compatriote de Mr: Mel,*

Jean Philippe Cramer
de Gudensberg.

Ne Sutor ultra Crepidam.

L In Mensch der mit dem Stand/ und mit des Wises
Gaben
Die ihn von Gott verehrt/ nicht wil zu Frieden seyn/
Der pflegt sich meistens in Thorheit zu vergraben/
Und fällt in Schand' und Spott der klugen Welt hinein.
O Böhme! wärestu bey deinem Leist geblieben/
Und hätt' stnach deiner Art die Schuhe fortgemacht/
So hätt' der Grillensfang sich schändlich nicht gerieben
An Gottes hohen Wort/ und wärdest nicht veracht/
Von dem der Wahrheit liebt; wie du nun must erfahren/
Indem ein Musen-Sohn/ aus dessen Munde fleust
Der Klugheit Königseim/ der Welt wil offenbahren/
Wie deine Träumer-Schrift der Wahrheit sehr verdreist.
Ich lobe deine That/ die hellen Wises-Bliße/
O König-süßer Freund! die du uns hast erzeigt.
Die hohe Geistes Kraft die bietet jetzt die Spitze
Dem/ der das Grillen-Werck zu loben ist geneigt.
Apollo liebet dich; die Musen wollen winden
Von lauter Ehren-Preis den schönen Ehren-Kranz;
Die holden Gratien mit dir sich zu verbinden
Schon freudig worden seynd. Vivat! der Mellen
Glanz.

Dieses wenige setze aus gröster Schuldigkeit seinem
inniglich-geliebten Freund

Daniel Gottfried Schmucker von Cö-
then aus Anhalt/ der H. Gottes-gelahrtheit
Ergebenster.

Alles was verkehrt/ müsse richtig werden
Durch dieses Fleiß/ geübt auß Bremer Erden,

26

Alles / was dunkel / hie erleucht / O Himmel!
Ohne Getümmel!

Alles / was verkehrt / wolle GOTT anordern
Helle mit Christus Gnaden-Licht befördern.

Alles / was dunkel / GOTT mit seinem Glanze
Ewig umschänke!

Freudig sang so Musa. Ich sag dich zu den Sachen/
O Wer da begierig ist / was dunkel / hell zu machen/
Der muß auch an das Licht mit höchster Freude gehn/
Und dem / der da verkehrt / billig im Wege stehn.
Dich hastu werther Freund vielleicht auch thun betrachten/
Indem du nochmal wilt mit Recht geringe achten/
Den Böhmien / der durchaus gänzlich verfinstert ist/
Innd doch verführen wil durch seine arge List.
Glück wünsch ich drumb mein Freund zu deinem disputiren/
Fahr nur so tapffer fort / rühmlich zu defendiren
Das helle klare Wort; geh so auff rechter Bahn
Wie dein Vor-Eitern auch mit allem Fleiß gethan.
GOTT geb dir seine Gunst / gelehrt hier seyn auff Erden/
Und auch nach dieser Zeit im Himmel selig werden/
So wünsch ich jehtund dir mit unser Musen-Schaar/
Von Herzen geht der Wunsch; GOTT mache dieses
wahr.

Dem Hn. Authori als seinem Hn. Landsman und werthern
Freunde setzte dieses glückwünschend hinzu

C. Ch. Reuter.

Mell Mellite mihi, perverſi ſecula moris
Tu jam prava videns, Heus age, rumpe moras!
Arripe mucronem, jace ſpicula, Sterne ferocem
Invehere in mundum qui nova Sacra ſtudet.
Qui tot delira conceptu mentis inepta
Effingit, robur ſentiat ille tuum!

Fru-

Frustrato nullum redeat sine vulnere telum
Pondere, dum dederis horrida monstra neori,
Arma sed in totum Tibi spiritualia sunt o
Pagina sacra Dei fortia tela dabit:
His instructus ad certamina lætus, & instar
Herculis invicti, Victor ab hoste redi!
Sic potes ante diem celebri clarescere fama
Et facient juvenem Te Tua Scripta senem. ?

f.
Bernhardus Christianus König/ Gerenroda-
Anhaltinus S. Lit. Cultor.

Mit was für grossen Fleiß / die Ehre Gottes zu suchen /
Euch angelegen ist / auch Keß'rey zu verfluchen /
Lehrt Ihr uns abermahl / und der so hohe Weg /
Daß Ihr / mein wehrter Freund / geht des Catheders Steg /
Und ob ein ander gleich diß hasset / doch zum Lohn /
Längst Euch bereitet ist / die schöne Ehren Krohn /
Calliope wird selbst / zu eurem Ruhm und Ehr /
Euch selbe reichend dar / und beystehn mehr und mehr.

Dieses hat glückwünschend in geschwinder
Eyle hinzusehen wollen.

Joh. F. Figulus, von Wettesingen / aus
Hessen / der Welt-Weisheit
bestiessener.


Tak prętko BóHMA náuká wietrzeje,
Jáko s'nieg Ktory od sloncá ni'szceje.
Dowcipem twoim y náuka sláwna,
Ktoras pokazal przed czalem niedáwnym
Y teraz takze: Postępuy á slawnym
Będziesz; laska téz Bog pomoze dáwna,

*Tak Ochotnym sercem, choć nie umięjetnym
piorem, gratuluje*


Samuel Majevvski, L. Pol.











the scale towards document

... tot sunt, qui sibi Dii videntur, nullus exiit, qui
... responderit. *Ge. & M. Georg. Mich. Pfeffertorn* in
... en etlicher Papisten/ Calvinisten/ Zürcher/ Leyden und
... thero &c. quæ judicia annexa sunt dem Jesuisschen
... tim in specie quoque versionem hanc ipsam æstimati-
... plura dicenda erunt, Posterius Theseos membrum,
... ad *Biblicum* supplere satis potuerit, quicquid forte
... ica Lutherò defuerit, probatur ab ipsa illâ eruditione
... qui Collegio huic interfuerunt, quales e. gr. fuere,
... *Justus Jonas, Cruciger, Melancthon, Aurogallus*
... *Corrector* fuit. Vid. *Dannh. in Mem. Tharmas. e. g. S. 9.*
... cialius hoc Collegium describit *B. Matthæus Con-*
... i inter alia ita: *Es verordne. D. Martin Luther gleich*
... m von den besten Leuten/ so dißmahls vorhanden/ wel-
... eliche Stunden vor dem Abendessen im Doctors Closter
... nemlich *D. Johann Bugenhagen/ D. Justum Jonam,*
... *Philippum, Matthæum Aurogallum.* Darbey *M. Ge-*
... ator auch wahr. *Oftermahls* kâhmen frembde Do-
... re zu diesen hohen Werck/ als *D. Bernhard Ziegler, D.*
... n nun der Doctor zuvor die ausgegangene Bibel überse-
... bey Juden und frembden Sprachkundigern sich erlernet
... Deutschen von guten Worten erfragt hatte/ kam Doct.
... das Consistorium mit seiner alten lateinischen und neu-
... / darbey er auch stets den Ebreischen Text hatte. Herr
... nit sich den Griechischen Text/ *D. Cruciger* neben dem
... aldeische Bibel/ die Professores hatten bey sich ihre Nab-
... ner hatte auch einen lateinischen Text für sich/ darin Er
... wahr. Zuvor hatte sich ein jeder auff den Text geruß/
... hlagen sollte/ Griechische und Lateinische neben den Jü-
... übersehen. Darauff proponirte dieser Præsidens einen
... Stimmen herumb gehen und hören was ein jeder dazu zu
... Eigenschafft der Sprach/ oder nach der alten Doctoren
... rum *Virorum incomparabilem eruditionem in Linguis*
... ? a ut quis, qui unquam à præconceptis opinionibus
... um vocavit? inprimis *Philippi Melancthonis, Casp.*
... *berii* eruditio in Linguis erudito Orbi sat est probata.
C;
ut